

Mus. ant. pract. A 80

pol.

1001809385



Biblioteka Jagiellońska

Mus. ant. pract. A 80

PASSIO DOMI-
NI NOSTRI IESU CHRISTI,
quæ, uti ab vnoquoq; Euangelista seorsim conscripta,
sic etiam notis quæque suis seorsim distincta, atque
delineata est: & vsui Diœcesis Varmien-
sis accommodata.

*Studio verò atq; opera Reuerendi D. Thoma de Plaza,
S. Stephani Cracouia Plebani. &c. adita.*



COLONIAE.
APVD MATERNVM CHOLINVM.

M. D. LXXVIII.
Cum Gratia & Priuilegio Caf. Maiest.


PASSIO SECUNDVM MATTHAE-
um. Cap. xxvj. & xxvij.



PAssio Domini nostri Ihesu Christi, secundum Mat-



thæum. In illo tempore, dixit Ihesus discipulis suis:



Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis




tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati sunt prin-



cipes sacerdotum & seniores populi, in atrium prin-



cipis sacerdotum qui dicebatur Cayphas, & consili-



um fecerunt vt Ihesum dolo tenerent & occiderent.












Dicebant autem. Non in die festo. Ne forte tumultus











ff ij tus

294

1829
N
Mozart


 tus fieret in populo. Cum autem Ihesus esset in Be-

 thania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier,

 habens alabastrum unguenti preciosi, & effudit super

 caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, In-

 dignati sunt dicentes, Ut quid perditio haec? Potuit

 enim istud vendari multo, & dari pau-

 peribus. Sciens autem Ihesus ait illis, Quid molesti estis

 huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me.

 Nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non sem-

 per


 per habebitis. Mittens enim haec, unguentum hoc,

 in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

 Amen dico vobis, ubicunque praedicatum fuerit

 hoc Euangelium, in toto mundo dicetur, & quod haec

 fecit in memoriam eius. Tunc abiit vnus de duode-

 cim, qui dicebatur Iudas Scarioth, ad principes sacerdo-

 tum, & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vo-

 bis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argen-

 teos. Et ex inde querebat oportunitatem, ut eum traderet.


ff iij Prima



Prima autem die Azymorū, accesserunt discipuli ad



Iesum dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Pas-



cha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatē ad quendā & dici-



te ei, Magister dicit: Tempus meum prope est, a-



pud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt



discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt Pas-



cha. Vespere autem facto, discumbebat cum duo-



decim discipulis suis. Et edentibus illis di-



xit, Amen dico vobis. Quia vnus vestrum me

traditurus



traditurus est. Et contristati valde cœperunt singu-




li dicere, Nunquid ego sum Domine? At ipse ref-



pondens ait, Qui intingit mecum manum in parop-



fide, hic me tradet. Filius quidē hominis vadit fi-



cut scriptū est de illo. Væ autē homini illi, per quē fi-



lius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non



fuiisset homo ille. Respondens autē Iudas, qui tradi-



diteum dixit, Nunquid ego sum, Rabi? Ait illi,



Tu dixisti. Coenantibus autem eis, accepit Iesus

panem




panem & benedixit, & fregit, deditque discipulis suis



& ait. Accipite & comedite: Hoc est corpus me-



um. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis



dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis



meus novi testamenti. Qui pro multis effundetur in



remissionem peccatorum. Dico autem vobis, Non



bibam a modo de hoc genimine vitis, usque in diem




illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno




Patris mei. Et hymno dicto exierunt in montem Oliue-

liu-




Oliueti. Tunc dicit illis Iesus, Omnes vos



scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum




est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur o-



ues gregis. Postquam autem resurrexero, praecedam



vos in Galileam. Respondens autem Petrus ait illi.




Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam



scandalizabor. Ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia



in hac nocte antequam gallus cantet ter, me negabis.



Ait illi Petrus, Etiam si oportuerit me mori tecum

gg

nō



nō te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.



Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur



gethsemani, & dixit discipulis suis Sedete hic donec




vadam illuc, & orem. Et assumpto Petro & duo-




bus filijs Zebedei cœpit contristari, & mœ-



stus esse. Tunc ait illis, Tristis est ani-



ma mea vsque ad mortem, Sustinete hic & vi-



gilate mecum. Et progressus p[ro]fillum procidit in



faciem suam orans, & dicens: Pater, mi si possibi-


le




le est, transeat à me calix iste. Veruntamen non fi-



cutego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos




& inuenit eos dormientes, Et dixit Petro. Sic non po-




tuistis vna hora vigi la re mecum. Vigilate & o-




rate, vt non intretis in tentationem. Spiritus qui-



dem promptus est, caro autem infirma. Ite-



rum secundo abiit & orauit dicens: Pater mi, si non



potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas

tua.

gg ij



tua. Et venit iterū, & inuenit eos dormiētes. Erant



enim oculi eorū grauari. Et relicti illis iterum abiit




& orauit tertio eundē sermonem dicens. Tunc venit ad



discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam, & re-




quiescite. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis



tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus, ecce



appropinquauit, qui me tradet. Ad huc eo



loquente ecce Iudas vnus de duodecim venit,

&



& cum eo turba multa cum gladijs & fustibus,



missi à principibus sacerdotum & senioribus



populi. Qui autem tradidit eum dedit illis signum



dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est,




tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum



dixit, Aue Rabi. Et osculatus est eum. Dixit



















itq; illi Iesus, Amice ad quid venisti? Tunc accesserunt,



& manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum

gg ij


 eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, exten-

 dens manū exemit gladiū suū, & percutiēs seruū prin-

 cipis sacerdo tū, amputauit auriculam eius. Tunc ait

 illi Ihesus. Conuerte gladiū tuū in locū suū, omnes

 enim qui acceperint gladiū, gladio peribunt. An putas

 quia non possum rogare patrē meū, & exhibebit mi-

 hi modo plusquā duodecim legiones angelorū? Quo-

 modo ergo implebuntur scripturę? Quia sic oportet
 fieri



 fieri. In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad

 latronem existis cum gladijs & fustibus comprehen-

 dere me Quotidie apud vos sedebam docens in tem-

 plo, & non me tenuistis, Hoc autē totū factū est, vt

 adimpleretur scripturę prophetarū, Tunc discipuli oēs

 relicto eo fugerunt. At illi tenentes Iesum duxerunt

 ad Caypham principem sacerdotum, vbi scribæ

 & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur
 eum



cum à longevsque in atrium principis sacerdotum,




& ingressus intro sedebat cum ministris, vt videret fi-



nem. Princeps autem sacerdotum & omne concili-



um quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt



eum morti traderent, & non inuenerunt, cum multi




falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt



duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, Possum de-



struere templum Dei, & post triduum reædificare
illud.



illud. Et surgens princeps sacerdotum ait illi: Ni-



hil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testifican-



tur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum



ait illi, Adiuuro te per Deum viuum, vt dicas nobis



si tu es Christus filius Dei? Dixit illi Iesus, Tu dix-



isti. Veruntamen dico vobis, a modo videbitis fili-



um hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & veni-



entem in nubibus coeli. Tunc princeps sacerdotum

hh scidit



scidit vestimenta sua dicens: Blasphemaui, quid ad-



huc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, Reusest mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij autē palmas in faciem eius dederunt dicentes: Prophetiza nobis



Christe, quis est qui te percussit? Petrus verò sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla dicens,



Et



Christe, quis est qui te percussit? Petrus verò sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla dicens,



Christe, quis est qui te percussit? Petrus verò sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla dicens,



Christe, quis est qui te percussit? Petrus verò sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla dicens,



Christe, quis est qui te percussit? Petrus verò sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla dicens,

Et



Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negavit coram omnibus dicens, Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit illum alia ancilla, & ait



his qui erant ibi, Et hic erat cum Iesu Nazareno:



Et iterum negavit cum iuramento, quia non novi



hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant



& dixerunt Petro, Verè & tu ex illis es? nam &



loquela tua te manifestum facit. Tunc cœpit detestari



Et



Et

Et



& iurare, quia non nouisset hominem. Et conti-



nua gallus cantauit. Et recordatus est Petrus



verbi Iesu quod dixerat, priusquam gallus cantet,



ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.



Mane autem facto consilium inierunt omnes princi-



pes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum,



ut eum morti traderent, Et uinctum adduxerunt



eum, & tradiderunt Pontio Pilato praefidi. Tunc videns

CAPVT
XXVII.




videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset:



poenitentia ductus retulit triginta argenteos prin-



cipibus sacerdotum & senioribus dicens: Peccata-




ui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt.



Quid ad nos, Tu uideris. Et proiecisti argente-



is in templo recessit, & abiens laqueo se suspen-



dit. Principes autem sacerdotum acceptis ar-



genteis dixerunt, Non licet eos mittere

hh iij in

in carbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio
autem in isto emerunt ex illis agrum figuli in sepul-
crum peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager
ille Acheldemach, Hoc est, ager sanguinis usque in
hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum
est per Ieremiam Prophetam dicentem. Et acceperunt
triginta argenteos pretium appreciati, quem ap-
preciauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum
figu-

figuli, sicut constituit mihi Dominus. Iesus
autem stetit ante praesidem, & interrogauit eum
praeses dicens: Tu es rex Iudeorum? Dixit illi Iesus,
Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sa-
cerdotum & senioribus nihil respondit. Tunc di-
xit illi Pilatus, Non audis quanta aduersum
te dicunt testimonia? Et non respondit
ei ad vllum verbum, ita ut miraretur
Praeses



Præses vehementer. Per diem autem solennem



consueuerat præses populo dimittere vnum



vinctum quem voluissent. Habebat autem



tunc vinctum insignem qui dicebatur



Barrabas. Congregatis ergo illis dixit Pilatus,



Quem vultis dimittam vobis, Barrabam, an



Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim




quod per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem



autem illo pro tribunali misit ad eum vxor eius



dicens: Nihil tibi & iusto illi, Multa enim passa sum



hodie per visum propter eum. Principes autem fa-



cerdotum & seniores persuaferunt populis, vt pete-



rent Barrabam, Iesum verò perderent. Respondens



autem præses ait illis; Quem vultis vobis de duobus



dimitti? At illi dixerunt, Barrabam. Dicit illis



Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Chri-

stus? Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis præ-

ses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant

dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia

nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, Accepta a-

qualauit manus corā populo dicens: Innocens ego

sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respōdēs

uniuersus popul⁹ dixit; Sanguisei⁹ super nos, & super

filios nostros. Tunc dimisit eis Barrabā, Iesum autem
flagella-

flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc mili-

tes præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congrega-

uerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes

eum chlamidem coccineam circundederūt ei. Et ple-

ctentes coronam de spinis posuerunt super caput eius,

& arundinem in dextera eius, Et genu flexo ante eū

illūdebant ei dicentes; Aue Rex Iudæorum. Et ex-

puentes in eum acceperunt arudinē & percutiebant


ii ij caput



caputeius. Et postquam illuserunt ei exuerunt eum
 chlamide & induerunt eum vestimentis eius & duxe-
 runt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuene-
 runt hominem cireneum nomine Simonem, hunc
 angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt
 in locum qui dicitur Golgatha, quod est caluarie lo-
 cus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum.
 Et cum gustasset noluit bibere. Postquam autem
 cruci.



crucifixerunt eum diuiserunt vestimenta eius sortem
 mittentes, vt impleretur quod dictum est per prophe-
 tam dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta mea & super
 vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant
 eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius
 scriptam. Hic est Iesus Rex Iudæorum. Tunc cru-
 cifixi sunt cum eo duo latrones vnus à dextris & vnus
 à sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum,
 mouen-



mouentes capita sua & dicentes. Vah qui destruis tē-
 plum Dei & in triduo illud reedificas. Salua temet-
 ipsum, si filius Dei es descende de cruce. Similiter &
 principes sacerdotum illudentes cum scribis & fenio-
 ribus dicebant. Alios saluos fecit seipsum non potest
 saluum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de
 cruce, & credimus ei. Confidit in Deo, liberet eum
 nunc, si vult. Dixit enim quia filius Dei sum. Idip-
 sum



sum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo im-
 properabant ei. A sexta autē hora tenebræ factæ sunt
 super vniuersam terram vsq; ad horam nonam. Et cir-
 ca horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens.
 E li E li lama-
 zabathani. Hōc est, Deus me us
 Deus me us vt quid dere li quiti
 me. Quidam autem illic stantes & audientes
 dicebant



dicebant. Heliam vocat iste. Et continuo currens



vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto & im-




posuit arundini & dabat ei bibere. Caeteri vero di-



cebant. Sine videamus an veniat Helias liberans



eum. Iesus autem iterum clamans voce magna



Hic flexis genibus dicitur Pater noster.

emisit spiritum.



Et ecce velum templi scissum est in duas partes a sum-



mo vsque deorsum. Et terra mota est & petrae scissae sunt



sunt & monumenta aperta sunt & multa corpora fan-



ctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes



de monumentis, post resurrectionem eius venerunt in




sanctam ciuitatem & apparuerunt multis. Centurio



autem & qui cum eo erant custodientes Iesum viso



terrae motu & his quae fiebant timuerunt valde, dicen-



tes. Vere filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulie-



res multae a longe quae secute erant Iesum a Galilea mi-

kk nistran.



nistrantes ei, Inter quas erat Maria Magdalena, &



Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebe-



daei. Cum autem sero factum esset, venit quidam ho-



mo diues ab Arimathia nomine Ioseph, qui & ipse disci-



pulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum & petijt



corpus Iesu, Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et ac-



cepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda



& posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in



in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium mo-



numenti & abiit. Erant autem ibi Maria Magdalena



& altera Maria sedentes contra sepulchrum.



Hic cantatur in tono Euangelij.



Alte ra autem die qua est post parasceuen, con-



uenerunt principes sacerdotum & Pharisei ad Pilatum




dicentes; Domine recordati sumus quia seductor



ille dixit adhuc uiuens, Post tres dies resurgam,

kk ij Iube



Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem terti-



um, ne forte veniant discipuli eius & furentur eum,



& dicant plebi surrexit à mortuis, & erit nouissim⁹



error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis custo-



diam, ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes



munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum cu-



stodibus.

PASSIO

...the dixit adhuc vivens. Post tres dies resurgens. ...




PASSIO Domini nostri Iesu Christi secundum Marcū.



In illo tempore Erat Pascha & Azyma post biduum,



& quærebant summi Sacerdotes & scribæ, quomodo



Iesum dolo tenerēt & occiderēt. Dicebant autē, Nō



in die festo, Ne forte tumult⁹ fieret in populo. Et cū



esset Iesus Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recū-



beret, venit mulier habens alabastrū vnguenti nardi spi-



cati preciosi, & fracto alabaastro effudit super caput ei⁹,

kk iij Erant

Erant autem quidam indignè ferentes intra semetip-
 sos, & dicentes, Vt quid perditio ista vnguenti facta
 est? Poterat enim vnguentum istud venundari plus-
 quam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fre-
 mebant in eam. Iesus autem dixit, Sinite eam, quid
 illi molesti estis? Bonū opus operata est in me, sem-
 per enim pauperes habebitis vobiscum, Et cum volue-
 ritis potestis illis benefacere, me autē nō semper habe-
 bitis,

bitis. Quod habuit hæc fecit: præuenit vngere corpus
 meum in sepultu ram. Amen dico vobis, vbicunq;
 prædicatū fuerit Euangeliū istud in vniuerso mundo:
 & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. Et
 Iudas Ischariotes vnus de duodecim abiit ad summos
 sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi
 sunt, & promiserunt ei pecuniā se daturos. Et quærebat
 quomodo eum oportunè traderet. Et primo
 die Azymorum, quando Pascha immolabant,
 dicunt



dicunt ei discipuli. Quo vis eamus, & paremus tibi



comedere Pascha? Et mittit duos ex discipulis suis,



& dicit eis; Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo



lagenam aquæ baulans, Sequimini eum, Et quo-




cunque introierit, dicite Domino domus, Quia Ma-



gister dicit, vbi est refectio mea: vbi Pascha cum disci-



pulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit



coenaculum grande stratum, Et illic parate nobis.

Et



Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, &



inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt Pascha.



Vespere autem facto venit cum duodecim. Et dis-



cumbentibus eis & manducantibus ait Iesus; Amen



dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui mandu-



cat mecum. At illi coeperunt contristari, & dicere ei




singulatim. Nunquid ego? Qui ait illis. Vnus




ex duodecim, qui intingit mecum manum in Catino.

Il


Et



Et filius quidē hominis vadit sicut scriptū est de illo.




Væ autē homini illi, per quē filius hominis tradetur,



Bonū eratei, si nat° nō fuisset homo ille. Et mandu-



cantibus illis accepit Iesus panem, & benedicens fregit



& dediteis, & ait; Sumite, hoc est corpus meum. Et



accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex eo




omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus novi



testamenti, qui pro multis effundetur, Amen dico vobis,



vobis, quod iam non bibam de hoc genimine vitis vsq;



in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei.



Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. Et



ait eis Iesus, Omnes scandalizabimini in me in



nocte ista. Quia scriptum est, percutiam pastorem,



& dispergentur oves. Sed postquam resurrexero, pre-



cedam vos in Galilæam. Petrus autem ait illi. Et si



omnes scandalizati fuerint, sed non ego. Et ait illi

II ij

Iesus

Iesus; Amē dico tibi, quia tu hodie in hac nocte priusq̄

bis gall^o vocē dederit ter me es negatur^o. At ille ampli^o

loquebatur. Et si oportuerit me simul cōmori tibi, nō

te negabo. Similiter autē & oēs dicebāt. Et veniunt in

prēdiū, cui nomē Gethsemani, Et ait disci pulis suis;

Sedete hic donec orē. Et assumit Petrū, & Iacobū, &

Ioannē secū, & cōepit pauere & tēdere. Et ait illis: Tri-

stis est anima mea vsq̄; ad mortē, sustinete hic, & vigila-

te

te. Et cū processisset paululū procidit super terrā & o-

rabat, vt si fieri posset trāsiret ab eo hora. Et dixit, Abba

pater, Omnia tibi possibile sunt, transfer calicē hunc

à me. Sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit

& inuenite eos dormientes. Et ait Petro, Simon


dormis, non potuisti vna hora vigilare? Vigilate &


orate, vt non intretis intentationem. Spiritus qui-


dem promptus est, caro autem infirma. Et iterum abi-


ens orauit eundē sermonē, dicens. Et reuersus denuō


ll iij inue-





 inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorū graua-



 ti, & ignorabāt quid responderēt ei. Et venit tertio,


 & ait illis. Dormite iam & requiescite: sufficit, ve-


 nithora. Ecce filius hominis tradetur in man^o pecca-


 torū. Surgite, cam^o, Ecce qui me tradet prope est Et


 adhuc eo loquēte venit Iudas Ischariothes, vn^o de duo-


 decim, & cū eo turba multa cū gladijs & lignis missi à


 summis sacerdotib^o, & scribis, & seniorib^o. Dederat autē
 traditor





 traditor signū eis dicēs: Quēcūq; osculatus fuero, ipse


 est, tenete eū, & ducite cautē. Et cū venisset statim acce-


 dens ad eū ait; Aue Rabbi. Et osculatus est eū. At illi


 man^o iniecerūt in Iesum, & tenuerūt eū. Vnus autē qui


 dā de circūstantibus educēs gladiū percussit seruū sum-


 mi sacerdotis, & amputauit illi auriculā. Et respōdens


 Iesus ait illis: Tanq̄ ad latronē existis cū gladijs & lig-


 nis cōprehēdere me. Quotidie erā apud vos in tēplo do-
 cens

40
 cēs & non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturæ.
 Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adolefcens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summum Sacerdotem, & conuenerunt omnes sacerdotes, & scribæ, & seniores. Petrus autē à longe secutus est eum, vsque intro in atrium summi sacerdotis

facerdotis, & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. Summi verò sacerdotes & omne concilium querebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi autem falsum testimonium dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes: Quoniam nos audiuimus eum dicentem; Ego dissoluam templum
 mm templum

templum hoc manufactum, & post triduum aliud
 non manufactum ædificabo. Et non erat con-
 ueniens testimonium illorum. Et exurgens sum-
 mus sacerdos in medium, interrogauit Iesum
 dicens; Non respondes quicquã ad ea, quæ tibi obji-
 ciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil
 respondit. Rursum summus Sacerdos interroga-
 bat eum, & dicit ei. Tu es Christus filius Dei
 benedicti


benedicti? Iesus autem dixit illi: Ego sum, Et
 videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis
 Dei, & venientem cum nubibus cœli. Summus au-
 tem sacerdos scindens vestimenta sua ait; Quid ad-
 huc desideramus testes? Audistis blasphemiam, quid
 vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum
 esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere in
 eum, & velare faciem eius, & colaphis eum
 mm ij cædere




cædere, & dicere ei; Prophetiza. Et ministri ala-



pis eum cædebant. Et cum esset Petrus in atrio de or-



sum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis, & cum-



vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum ait:



Et tu cum Iesu Nazareno eras? At ille negavit di-



cens: Neque scio, neque noui quid dicas. Et exi-




it foras ante atrium & gallus cantauit. Rursus au-



tem cum vidisset illum ancilla cœpit dicere cir-
cumstan-



cumstantibus, Quia hic ex illis est. At ille iterum-



negavit. Et post pusillum rursus qui astabant dice-



bant Petro, Verè ex illis es, Nam & Galilæus es.



Ille autem cœpit anathematizare & iurare, quia nes-



cio hominem istum, quem dicitis. Et statim gallus-



iterum cantauit. Et recordatus est Petrus verbi-



quod dixerat ei Iesus, Priusquam gallus can-



tet bis, ter me negabis, & cœpit flere.

mm iij

Et




Et confestim mane consilium facientes summi sa-



cerdotes cum senioribus & scribis & vniuerso conci-




lio, vincientes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato.



Et interrogauit eum Pilatus. Tu es Rex Iudæorum?



At ille respondens ait illi, Tu dicis. Et accusa-



bant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus



autem rursus interrogauit eum dicens, Non



respondes quicquam? Vides in quantis te accusant.


Iesus



Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt mi-



raretur Pilatus. Per diem autem festum solebat



dimittere illis vnum ex vincis quemcunque



petissent. Erat autem qui dicebatur Barra-




bas, qui cum seditiosis erat vincus, qui in sedi-



tione fecerat homicidium. Et cum ascendis-



set turba, coepit rogare sicut semper faciebat illis.



Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam

dimittam vobis regem Iudæorum? Sciebat enim
 quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdo-
 tes. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt ma-
 gis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum
 respondens ait illis: Quid ergo vultis faciam regi
 Iudæorum? At illi iterum clamauerunt Crucifi-
 ge eum. Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali
 fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum.
 Pilatus


Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis
 Barrabam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt cruci-
 figeretur. Milites autem duxerunt eum intrò in atri-
 um prætorij, & conuocant totam cohortem, et indu-
 unt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam
 coronam, & cœperunt salutare eum: Aue Rex Iude-
 orum. Et percutiebant caput eius arundine, & con-
 spuebant eum, & ponentes genua adorabant eum.
 Et



Et postquam illuferunt ei, exuerunt illum purpura,



& induerunt eum vestimentis suis, & educunt illum,



vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereun-




tem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de



villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleretur



cem eius. Et perducunt illum in Golgatha lo-



cum, quod est interpretatum Caluariæ lo-



cus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum,

&



& non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt ve-



stimenta eius, mittentes sortem super eis quis quid



tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.



Et erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudæorū.



Et cum eo crucifigunt duos latrones, vnum à dextris,



& alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura, quæ



dicit: Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes



blasphemabant eum mouentes capita sua & dicentes.

n n ij Vah



Vah qui destruit templum Dei, & in tribus diebus re-



ædificat. Saluum fac te ipsum, descendens de cru-



ce. Similiter & summi sacerdotes illudentes ad alter-



utrum cum scribis dicebant: Alios saluos fecit, seip-



sum non potest saluum facere. Christus Rex Israel



descendat nuñc de cruce, vt videamus & credamus.



Et qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei.



Et facta hora sexta tenebræ factæ sunt, su-
per



per totam terram vsque in horam nonam. Et ho-



ra nona exclamauit Iesus voce magna dicens.



Elo y, Elo y Lamazaba-



thani, Quod est interpretatum, Deus me-



us, vt quid de reliquisti



me. Et quidam de circũstantibus audientes dicebãt,



Ecce Heliã vocat. Currẽs autẽ vnus & implẽs spõgiã



aceto, circũponẽsq; calamo potũ dabat ei dicẽs: Sinite
nn iij videa-



videamus si veniat Helias ad deponendum eum.



Iesus autē emissa voce magna expiravit.

Hic flexis
gemb⁹ di-
cat Pater no-
ster.




Et velum templi scissum est in duo à summo vsque



deorsum. Videns autem Centurio qui ex aduerso



stabat, quia sic clamans expirasset, ait, Verè hicho-



mo filius Dei erat. Erant autem & mulieres de lon-



gè aspicientes, inter quas erat Maria Magdalenæ, &



Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater & Salomæ.

Et



Et cum esset in Galilæa sequebantur eum, & mini-



strabant ei, & aliæ multæ quæ simul cum eo ascende-



rant Hierosolymam.


Hic cantatur in tono Euan-
gelij,




Et cum iam sero esset factum, Quia erat parasceue,



quod erat ante sabbatum, venit Ioseph ab Arimathia



nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum



Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt cor-



pus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam
obijisset.



obiisset. Et accersito Centurione interrogavit eum,



si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à Centu-



rone, donavit corpus Ioseph. Ioseph autem mer-



catus Syndonem, & deponens eum inuoluit Syndo-



ne, & posuit eum in monumento, quod erat excisum



in petra, Et aduoluit lapidem ad ostium monu-



menti.

PASSIO



Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Lucam.



In illo tempore appropinquabat dies festus Azimo-



rum, qui dicitur Pascha, & quærebant principes sacer-



dotum & scribæ, quomodo Iesum interficerent, time-



bant vero plebem. Intrauit autem Sathanas in Iudã



qui cognominabatur Ischariotes, vnum de duodecim



& abiit, & locutus est cum principibus Sacerdotum & magistra-

oo

magistratibus quemadmodum illum traderet eis.

Et gauisi sunt & pacti sunt pecuniam illi dare, & spon-

dit, & quærebat oportunitatem vt traderet illum

sine turbis. Venit autem dies Azymorum in qua ne-

cesse erat occidi Pascha, Et misit Petrum & Ioannem

dicens, Euntes parate nobis pascha, vt manduce-

mus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et

dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in

in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aquæ

portans, sequimini eum in domum in quam intrat &

diceris patri familias domus: Dicit tibi Magister, vbi

est diuerforium vbi Pascha cum discipulis meis man-

ducem? Et ipse ostendet vobis coenaculum magnū

stratum & ibi parate. Euntes autem inuenerunt

sicut dixit illis & parauerunt Pascha. Et cum

facta esset hora discubuit & duodecim Apostoli cū eo.

Et

Et paravit illis; Desiderio desideravi hoc pascha man-

ducare vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis, Quia

ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno

Dei. Et accepto calice gratias egit & dixit: Acci-

pite & diuidite inter vos; Dico enim vobis, Quod non

bibam de generatione vitis donec regnum Dei veniat.

Et accepto pane gratias egit & fregit & dedit eis di-

cens; Hoc est corpus meum quod pro vobis datur.

Hoc

Hoc facite in mea commemoratione. Similiter & cali-

ce postquam cenauit dicens: Hic est calix noui testame-

nti in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Veru-

tamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa.

Et filius quidem hominis secundum quod definitum est va-

ldeat. Verumtamen vobis homini illi per quem tradetur. Et

ipsi ceperunt querere inter se quis esset ex eis, qui hoc fa-

ceret. Facta est autem contentio inter eos quis eorum

videre-


lib o o ij

videretur esse maior. Dixit autem eis, Reges gen-
 tium dominantur eorum, & qui potestatem habent
 super eos benefici vocantur. Vos autem non sic, sed
 qui maior est in vobis fiat sicut minor, Et qui precessor
 est sicut ministrator. Nam quis maior est qui re-
 cumbit an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego
 autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat, Vos autem
 estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego
 dispo-

dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum
 ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo
 & sedeat super thronos iudicantes duode-
 cim tribus Israel. Ait autem Dominus Simoni,
 Simon, Ecce Sathanas expetiuit vos ut cribraret sicut
 triticum, Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fi-
 des tua, Et tu aliquando conuersus confir-
 ma fratres tuos. Qui dixit ei, Domine tecum pa-
 ratus sum & in carcerem & in mortem ire. At ille dixit:
 Dico



Dico tibi Petre non cantabit hodie gallus, donec ter
abneget nosse me. Et dixit eis: Quando mihi vos si-
ne sacco & pera & calciamentis, Nunquid aliquid
defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit er-
go eis: Sed nunc qui habet saccum tollat, fimi-
liter & peram, & qui non habet vendat tunicam suam,
& emat gladium. Dico enim vobis quoniam adhuc
hoc quod scriptum est oportet impleri in me: Et cum
iniquis



iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de
me finem habent. At illi dixerunt, Domine, Ecce
duo gladij hic. At ille dixit eis, Sa tis est.
Et egressus ibat secundum consuetudinem in mon-
tem oliuarum, Secuti sunt autem illum & discipuli.
Et cum peruenisset ad locum dixit illis, Orate
ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis
quantum iactus est lapidis & positus genibus orabat
pp dicens;

dicens: Pater, si vis transfer calicem istum à me: Ve-
 runtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit
 autem illi angelus de caelo confortans eum. Et factus
 in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius si-
 cut guttae sanguinis decurrentis in terram. Et cum
 surrexisset ab oratione & venisset ad discipu-
 los suos, inuenit eos dormientes præ-
 tristitia: Et ait illis; Quid dormitis?
 Surgite

Surgite orate, ne intretis in tentationem. Adhuc eo
 loquente ecce turba, & qui vocabatur Iudas vnus de
 duodecim antecedebat eos, Et appropinquauit Iesu, vt
 oscularetur eum. Iesus autem dixit illi; Iuda,
 osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi
 qui circa ipsum erant quod futurum erat, dixerunt
 ei: Domine si percutimus in gladio? Et percuf-
 sit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, &
 amputa-



amputavit auriculam eius dextram. Respondens



autem Iesus ait, Sinite vsque huc. Et cum te-



tigisset auriculam eius sanavit eum. Dixit autem Ie-



sus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum &



magistratus templi & seniores. Quasi ad latronem



existis cum gladijs & fustibus, cum quotidie vobis



cum fuerim in templo non extendistis manus in me,



Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.

Compre-




Compræhendentem autem eum duxerunt ad domū



principis sacerdotum. Petrus verò sequebatur eum




à longè. Accenso autem igne in medio atrij & cir-



cum sedentibus illis, erat Petrus in medio eorum,




Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lu-



men, & eum fuisset intuita dixit: Et hic cū illo erat.



At ille negavit eum dicens; Mulier non novi illū.



Et post pusillū alius vidēs eum dixit; Et tu de illis es?

pp iij Petrus

Petrus verò ait; O homo non sum. Et interuallo
 facto quasi horæ vnius alius quidam affirmabat di-
 cens; Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus est.
 Et ait Petrus; Homo nescio quid dicis. Et conti-
 nuo adhuc illo loquente cantauit gallus: Et con-
 uersus Dominus respexit Petrum, & recordatus est
 Petrus verbi Domini sicut dixerat, quia prius q̄ gallus
 canter, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit
 amarè

amarè. Et viri qui tenebant illū illudebāt illiceden-
 tes, & velauerunt eum, & percutiebant faciem eius.
 Et interrogauerunt eum dicentes: Prophetiza, quis
 est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes di-
 cebant in eum. Et vt factus est dies cōuenerunt senio-
 res plebis, & principes sacerdotū, & scribe, & duxerunt
 illum in conciliū suum dicentes; Si tu es Christus dic
 nobis. Et ait illis; Si vobis dixerò nō credetis mihi,
 si

si autē & interrogauero, non respondebitis mihi neq;

dimittetis. Ex hoc autem erit fili⁹ hominis sedens

à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu

ergo es filius Dei? Qui ait; Vos dicitis quia,

ego sum. At illi dixerunt; Quid adhuc desidera-

mustestimonium, ipsi enim audiimus de ore eius.

Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum

CAPVT
XXIII.

ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicen-

tes:

tes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostrā

& prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se

Christum regem esse. Pilatus autem interrogauit

eum dicens: Tu es Rex Iudæorum? At ille respon-


dens ait; Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes

sacerdotum, & turbas; Nihil inuenio causæ in hoc


homine. At illi inualescebant dicentes; Commo-

uit populum docens per vniuersam Iudæam incipi-


ens




ensà Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Ga-




lilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt




cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum




ad Herodem, qui & ipse Hierosolimis erat illis diebus.




Herodes autem viso Iesu gauisus est valde.



Erat enim cupiens ex multo tempore videre



eum, eo quod audierat multa de eò, & sperabat fig-



num aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat
autem



autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi ref-



pondebat. Stabant autem principes sacerdotum &



scribæ constanter accusantes eum. Spreuit autem il-



lum Herodes cum exercitu suo, & illi fit indutum ve-



ste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici



Herodes, & Pilatus in ipsa die, nam antea inimici



erant ad inuicem. Pilatus autem conuocatis princi-




pibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dix-


qq ij it


it ad illos; Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum, Et ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis, Sed neque Herodes, Nam remisit vos ad illum, Ecce nihil dignum morte actum est ei; Emendatum ergo illum dimittam. Necessse enim habebat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba dicens.


cens. Tolle hunc & dimitte nobis Barrabam. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos volens dimittere Iesum. At illi succlamabant dicentes. Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad eos; Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripia ergo illum & dimittam. At illi instabant vocibus magnis


qq iij magnis





 magnis postulantes vt crucifigeretur, & inualefcebant
 


 voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petiti-
 

 nem eorum, Dimisit autem illis eum qui propter ho-
 

 micidium & seditionem missus fuerat in carcerem
 


 quem petebant. Iesum verò tradidit voluntati co-
 


 rum. Et cum ducerent eum apprehenderunt Simo-
 


 nem quendam Cyrenensem venientem de villa & impo-
 


 fuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur


 autem





 autem illum multa turba populi & mulierum, quæ
 


 plangebant, & lamentabantur eum. Conuersus au-
 

 tem ad illas Iesus dixit: Filiae Ierusalem nolite fle-
 

 re super me, sed super vos ipsas flete, & super filios ve-
 

 stros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent,
 

 Beatae steriles & ventres, quæ non genuerunt &
 

 vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere
 

 montibus cadite super nos, Et collibus operite nos,

 Quia



Quia si in viridi ligno hæc faciunt in arido quid fiet?



Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt in-



terficerentur. Et postquam venerunt in locum qui



vocatur Caluarie ibi crucifixerunt eum, & latrones,



vnum à dextris & alterum à sinistris. Iesus autem



dicebat: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid fa-




ciunt. Diuidentes verò vestimenta eius miserunt



fortes. Et stabat populus expectans. Et deridebant eum


cum



cum principes cum eis dicentes: Alios saluos fecit se



saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illude-



bant autem ei & milites accedentes, & acetum offeren-



tes illi & dicentes; Si tu es Rex Iudæorum saluum te



fac: Erat autem superscriptio, scripta super eum, lite-



ris græcis & hebraicis & latinis, hic est Rex Iudæorum.



Vnus autem ex his qui pendebant latronibus blas-



phemabat eum dicens: Si tu es Christus saluum fac

te

te

te ipsum & nos. Respondens autem alter increpa-
 bat eum dicens: Neque tu times Deum, qui in eadē
 damnatione es, Et nos quidem iuste, Nam digna
 factis recipimus, hic verò nihil mali gessit. Et dicebat
 ad Iesum: Domine memento mei cum veneris in
 regnum tuum. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi,
 hodie mecum eris in paradiso. Erat autē ferè hora sexta
 & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque
 in

in horam nonam, Et obscuratus est sol, & velum tem-
 pli scissum est medium, Et clamans voce magna
 Iesus ait, Pater in manus tuas commendo spiri-
 tum meum. Et hæc dicens expirauit. *Hic flexis geni-
 bus dicatur
 Pater noster.*
 Videns autem Centurio quod factum fuerat glorifi-
 cavit Deum dicens, Verè hic homo iustus erat. Et
 omnis turba eorū qui simul aderat ad spectaculū istud,
 & videbant quæ fiebant, percutiētes pectora sua reuer-
 tebantur.



tebantur. Stabant autem omnes noti eius à longè,



Et mulieres quæ secutæ eū erant à Galilæa hæc vidētes.

Hic cantatur in tono Euan-
gelij,



Et ecce vir nomine



Ioseph, Qui erat decurio vir bonus & iustus, Hic



non consenserat consilio & actibus eorum ab Arima-



thia ciuitate Iudææ, Qui expectabat & ipse regnū



Dei, Hic accessit ad Pilatum & petijt corpus Iesu. Et



depositum inuoluit Sindone, & posuit illud in monu-



mento exciso, in quo nondum quisq; positus fuerat.

PASSIO



Egressus est Iesus cum discipulis suis trans torrentem



Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & dis-



cipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum



locum quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum



discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem,



& à Pontificibus & Phariseis ministros, venit illuc cū



laternis & facibus, & armis. Iesus itaq; sciens omniā

rr iij quæ

PASSIO DOMINI



quæ ventura erant super eum, processit & dixit eis,



Quem queritis? Responderunt ei, Iesum Nazare-



num. Dixit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem &



Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis,




Ego sum, Abierunt retrorsum & ceciderunt in terram



Iterum ergo interrogavit eos, Quem queritis?



Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum. Respondit



Iesus: Dixi vobis quia ego sum, si ergo me queritis si-

nite

SECUNDVM IOANNEM.

95



nite hos abire, Vt impleretur sermo quem dixit, Quia



quos dedisti mihi non perdidit ex eis quenquam. Si-




mon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & per-



cussit pontificis seruum & abscidit auriculam eius dex-




teram. Erat autem nomen serui Malchus. Dixit ergo Iesus



Petro, Mitte gladium tuum in vaginam, Calicem quem dedit





mihi pater, non bibam illum? Cohors autem





& tribunus & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum


&





 & ligauerunt eum & adduxerunt eum ad Annam pri-



 mum. Erat autem socer Cayphæ, qui erat Pontifex



 anni illius. Erat autem Cayphas qui consilium de-


 derat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro



 populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus &



 alius discipulus: Discipulus autem ille erat notus pon-



 tifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis. Pe-



 trus autem stabat ad ostium foris: Exiuit ergo disci-



 pulus





 pulus ille, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, &



 introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostia-



 riæ; Nunquid & tu ex discipulis es hominis illius?


 Dicit ille; Non sum. Stabant autem serui & mini-


 stri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se.


 Erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se.


 Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis,


 & de doctrina eius. Respondit ei Iesus; Ego pala-


 ss lam

lam locutus sum mundo: ego semper docui in Syna-
 goga & in templo, quo omnes Iudaei conueniunt, & in
 occulto locutus sum nihil, Quid me interrogas? In-
 terroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ec-
 ce hi sciunt quid dixerim ego. Haec autem cum dix-
 isset vnus assistens ministrorum dedit a lapam Iesu di-
 cens; Sic respondes Pontifici; Respondit ei Iesus. Si
 male locutus sum, testimoniū perhibe de malo: Si autē
 bene

bene, quid me caedis? Et misit eum Annas ligatum
 ad Caypham Pontificem. Erat autem Simon Petrus
 stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid
 & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit; Nō
 sum. Dixit ei vnus ex seruis Pontificis cognatus eius
 cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi
 in horto cū illo? Iterum ergo negauit Petr⁹, & statim
 gall⁹ cātauit. Adducūt ergo Iesum à Caypha in pra-
 torium

toriū. Erat autē mane, & ipsi nō introierunt in prætō-

riū, vt non contaminarentur, sed vt māducarēt Pascha-

Exiuit ergo Pilatus, ad eos foras & dixit: Quam ac-

cusationē affertis aduersus hominē hunc? Respōde-

runt & dixerunt ei; Si nō esset hic malefactor nō tibi

tradidissē eum. Dixit ergo eis Pilatus; Accipi-

te eū vos, & secundū legē vestrā iudicate eū. Dixerūt

ergo ei Iudæi; Nobis nō licet interficere quenquā. Vt

Vt sermo Iesu impleretur quem dixit significans qua-

morte esset moriturus. Introiuit ergo iterū in prætō-

riū Pilatus, & vocauit Iesum & dixit ei; Tu es rex

Iudæorū? Respōdit Iesus. A temetipso hoc dicis,

an alij tibi dixerūt de me? Respōdit Pilatus. Nūquid

ego Iudæus sum? Gens tua & Pōtificates tui tradiderūt

te mihi, quid fecisti? Respondit Iesus; Regnū meū

non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum
meum

meum, ministri mei utique decertarent, ut non trade-

rer Iudæis; Nunc autem regnū meum non est hinc.

Dixit itaq; ei Pilatus; Ergo rex es tu? Respondit

Iesus. Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus

sum, & ad hoc veni in mundū ut testimoniū perhibeā

veritati. Omnis qui est ex veritate au dit vocē meam.

Dixit ei Pilatus. Quid est veritas? Et cum hæc dix-

isset, iterum exiit ad Iudæos & dixit eis; Ego

Ego nullā inuenio in eo causam. Est autem consue-

tudo vobis, ut vnum dimittam vobis in Pascha, Vul-

tus ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? Clama-

uerunt rursus omnes dicentes. Non hunc, sed Bar-

rabam. Erat autem Barrabas latro. Tunc ergo ap-

prehendit Pilatus Iesum & flagellauit. Et milites ple-

tes coronā de spinis, imposuerūt capiti ei & veste

purpurea circūdederūt eū, & veniebāt ad eū, & dicebāt
Aue

Aue Rex Iudæorum. Et dabant ei alapas. Exiuit
 ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco
 eum vobis foras, vt cognoscatis, quia nullam inuenio
 in eo causam. Exiuit ergo Iesus portans coronam
 spineam & purpureum vestimentum, Et dicit eis
 Pilatus, Ecce homo. Cum ergo vidissent eum Pontifi-
 ces & ministri clamabant dicentes: Crucifige, cruci-
 fige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos &
 crucifi-

crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam.
 Responderunt ei Iudæi: Nos legem habemus & se-
 cundum legem debet mori, Quia filium Dei se fe-
 cit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem ma-
 gis timuit. Et ingressus est pratorium iterum, & di-
 cit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum
 non dedit ei. Dixit ergo ei Pilatus, Mihi non lo-
 queris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te
 &



 & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus;



 Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi ti-



 bi datum esset de super. Propterea qui me tradidit ti-



 bi maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pila-



 tus dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicen-




 tes. Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris: Om-




 nis enim qui se Regem facit contradicit Cæ-




 sari. Pilatus autem cum audisset hos sermones
 adduxit




 adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco, qui




 dicitur lithostrotos, hebraice autem Gabata. Erat




 autem Parasceue Paschæ hora quasi sexta. Et dicit




 Iudæis; Ecce Rex vester. Illi autem clamabant,




 Tolle, tolle crucifige eum. Dixit eis Pilatus; Regē



 vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Nō



 habemus regē nisi Cæsare. Tunc ergo tradidit eis il-



 lum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum &
 eduxerunt

tt ij



eduxerunt eum & baiulans sibi crucem exiit in eum,



qui dicitur Caluariae, locum, hebraice autem Colga-



tha, ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc



& hinc, medium autem Iesum. Scripsit autem & ti-



tulum Pilatus & posuit super crucem. Erat autem




scriptum, Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum. Hunc



ergo titulum multi Iudaeorum legerunt, quia prope civitatem



erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum hebraice



braice graece & latine. Dicebant ergo Pilato Ponti-



fices Iudaeorum, Noli scribere Rex Iudaeorum, Sed



quia ipse dixit, Rex sum Iudaeorum. Respondit Pila-



tus: Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cum cruci-



fixissent eum acceperunt vestimenta eius, & fecerunt



quatuor partes unicuique militi partem. Et tunicam.



Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per



totum. Dixerunt ergo ad invicem; Non scindamus eam,

PASSIO DOMINI

eam, sed forciamur de illa cuius fit. Ut scriptura im-
 pleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, &
 in vestem meam miserunt sortem. Et milites qui-
 dem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta Crucem Je-
 su mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha &
 Maria Magdalena, Cum vidisset ergo Iesus ma-
 trem & discipulum stantem quem diligebat dixit ma-
 tri suæ. Mulier, ecce filius tuus. Deinde
 dixit

SECUNDVM IOANNEM.

dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora
 accepit eam discipulus in suam. Postea sciens Iesus
 quia iam omnia consummata sunt, vt consumaretur
 scriptura dicit. Sitio. Vas autem erat positum
 acetoplenum, Illi autem spongiam plenam aceto hy-
 sopō circumponentes obtulerunt ori eius. Cum
 ergo accepisset Iesus acetum dixit. Consumatum
 est. Et inclinato capite tradidit spiritum.
 Hic

Hic flexis genibus dicitur Pater noster.



Iudæi ergo quoniam paraf-



ceue erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbato



(erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pi-



larum, ut frangerentur eorum crura & tollerentur.



Venerunt ergo milites & primi quidem fregerunt



crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Ie-



sum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mor-



tuum non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea



lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis



& aqua, Et qui vidit testimonium perhibuit, & ve-



rum est testimonium eius. Et ille scit quia vera di-



cit, & ut vos credatis. Facta sunt enim hæc ut scriptu-



ra impleretur; Os non comminuetis ex eo. Et ite-



rum alia scriptura dicit; Videbunt in quem tran-



Hic cantatur in tono Evangelij.



fixerunt. Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Ari-mathia,



mathia, eò quod esset discipulus Iesu, occultus



autem propter metum Iudæorum, vt tolleret cor-



pus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit



corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus qui vene-



rat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myr-



rhæ & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo




corpus Iesu, & ligauerunt cum linteis, cum aromati-



bus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco
vbi



vbi crucifixus est hortus, Et in hortu monumentum



nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat.



Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quia iuxta



erat monumentum, posuerunt Iesum.

FINIS.

Thomas Bledow

N M

Thomas Bledow


1824 1824

1824


Thomas Bledow

ak


SECVNDVM TOANNEM




ubi crucifixus est homo. Et in hoc momento



portus, in quo portus dicitur positus fuerat.



Ipsi ergo proficiunt barathrum in hoc momento



erat momentaneum. dicitur Iesus.

FINIS.

8

Jan. Fr. ...

